**4.** Quod si mihi a vobis tribui concedique sentiam, perficiam profecto ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, a numero civium verum etiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse.

Nam, ut primum ex pueris excessit Archias atque ab eis artibus quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit. Primum Antiochiae—nam ibi natus est loco nobili—celebri quondam urbe et copiosa atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis adfluenti, celeriter antecellere omnibus ingeni gloria coepit. Post in ceteris Asiae partibus cunctaque Graecia sic eius adventus celebrabantur ut famam ingeni exspectatio hominis, exspectationem ipsius adventus admiratioque superaret.

## SHORT ANSWER QUESTIONS

1. Translate lines 1–4 (*Quod . . . fuisse*).
2. To what did Archias apply himself after boyhood (lines 5–7)? Was he successful?
3. How does Cicero describe the city of Antioch when Archias lived there?
4. In lines 11–14 (*Post . . . superaret*), what does Cicero tell us about the people's reactions to Archias in Asia and Greece?
5. List examples of and comment on Cicero's use of superlatives in this section.
6. Lines 1–4 of this section marks the end of what element of a formal oration? In the second part of a formal speech called the *narratio* (*Nam, ut primum . . .* ), what does the speaker do?

© Bolchazy-Carducci Publishers, Inc.
www.BOLCHAZY.com
©2016 Bolchazy-Carducci Publishers, Inc. this sample was created for Texas Proclamation 2017 adoption preview not for distribution. This document will expire May 31, 2017.